

Joachim Stockmann    Johann Albert Huswedel

## **Disputatio Medica De Apoplexia**

Rostochii: Kilius, 1641

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729711390>**

Druck    Freier  Zugang



RU. med 1641

Joachim Stockmann . Preis  
Johann Albus Plüschel Resp.



Q. D. B. V.  
TATIO MEDICA  
De  
P L E X I A

Q U A M  
Consensu

mæ Facultatis Medi-  
niverſitate Rostochienſi

sub Præſidio

*ariſſimi atq; Excellentiffimi*

HIMI STOCKMANNI

ed. D. ejuſdemq; Profefſo-

præceptoris & Promotoris ſui

ni obſervantia colendi

*ublico Examini ſubjicit*

LBERTUS HUSWEDELIUS

Rostochienſ. A. & R.

*ad d. 3. Martij.*




ROSTOCHII,

COLAI KILII, *Academ. Typograph.*

ANNO MDCXLI.

18



Q. D. B. V.

DISPUTATIO MEDICA  
De  
APOPLEXIA

QUAM  
Consensu

Amplissimæ Facultatis Medi-  
cæ in Universitate Rostochiensis

sub Præsidio

*Viri Clarissimi atq; Excellentissimi*

Dn: JOACHIMI STOCKMANNI

Phil. & Med. D. ejusdemq; Professo-

ris publ. Præceptoris & Promotoris sui

omni observantia colendi

*Publico Examine subicit*

JOANNES ALBERTUS HUSWEDELIUS

Rostochiens. A. & R.

*ad d. 3. Martij.*



ROSTOCHII,

*Literis NICOLAI KILII, Academ. Typograph.*

ANNO MDCXLI.

18

Amplissimo Prudentissimoq; Viro  
Dn. HIERONYMO VOGLERO  
Reip. patriæ Hamburgensis PRO-  
CONSULI Magnifico, Domino meo  
honorando S. P.

Qui magnorum virorum nomina suis libris prescribant, cau-  
sam fere habent, vel quod grata commemoratione predi-  
cent accepta beneficia, vel quod capient futura, vel deniq; tutu-  
lam sibi parent. Magnifice Dn. PROCONSUL, ego juvenis  
nullo tibi colore notus, audeo nomen tuum inlytum huic mea dis-  
putationi prescribere, nec ullam ex commemoratis causis habeo, &  
omnes tamen habeo. Quoties enim ex parentibus meis audio (au-  
dio vero sapissime) tua in se beneficia, vel ex primariis viris, quos  
istic devoto studio colui, (ex quibus honoris causa nomino Clariss. &  
Excellentiss: Virum Dn. D. JOH. EBELINGIUM, Civitatis Phys. &  
Medic. primum, eig. proximum Dn. JOANNEM ADOLPHUM  
TASSIUM Mathes. Professorem celeberrimum, qui me ambo non a-  
mica, (sed paterna benevolentia complexi fuerunt) in se & alios  
commemorari, mihi ea præsita imputo: Beneficia vero provoca-  
re & captare, licet ætas & condicio mea fortè non abnuat, nec  
impar capiendo & ferendo videatur, tamen pudor vetat. Tutela  
deniq; vix necessaria videtur, cum humilibus myricis & humi-  
nascensibus herbis à fulmine periculum non sit metuendum, &  
tamen splendor inlyti nominis tui facite deterrebit, vel dentis no-  
xij morsum, vel invida lingua susurrum, vel deniq; transversa  
tuentis oculi fascinum. Bene feliciterq; vale Magnifice Dn. PRO-  
CONSUL, & novo, sed vero nominis tui cultori favere non de-  
dignare. Rostochj pr. Cal. Mart. Cl. 15CXLI.

Tua Magnific. studiosiss. Cultor  
JOANNES ALBERTUS HUSWEDELIUS





DISPUTATIO MEDICA

DE

DE APOPLEXIA.



Hesis 1. Quam admiranda Hominis fabrica sit, quantoque artificio constructa, satis superque demonstrat, cum Animæ totius hominis nobilissimæ partis, quæ ut Scaligeri verbis utar Exerc. 307. dist. 5. Dei quasi quedam particula est, cum corpore conjunctio: tum artificiosissima omnemque; humani ingenij sollicitiam longe superans, viscerum interiorum dispositio, reliquorumque artuum exactissima compositio: Quod ita esse cum veterum Ethnicorum sapientiores animadverterent, non dubitarunt dicere, ὅτι πρὸς Φέρον μὲν ἔμπαν ἢ μέγαν νόον, ἤτοι φύσιν, ἀθανάτοις, quidam etiam θαύμα θαυμάτων, quod idem Scaliger imitatus videtur, dum dicit Exerc. 87. Miraculum unum in Natura tantum esse, nempe Hominem. Alij μέγρον ἀπάντων, & id genus plurimis illustribus Encomijs hominis humanique; corporis structuram celebrarunt.

2. Cum autem in omnibus alijs rebus naturalibus, ita comparatum esse sciamus, ut ex plerumque; res, quarum & dignitas major per se est, & officium nobiliter obtinent, primarium fere semper occupent locum, vid: hac de re Aristot: lib: 3. de part: Animal: c. 3. Δεῖ τὸ βέλτιον καὶ πρῶτον, τῷ μὲν ἄνω καὶ κάτω, ἐν τοῖς μᾶλλον ἐστὶν ἄνω, τῷ δ' ἑμπερῶθεν καὶ ὀπισθεν, ἐν τοῖς ἑμπερῶθεν, τῷ δὲ δεξιῷ καὶ ἀριστερῷ, ἐν τοῖς δεξιοῖς. Provida Natura hoc ipsum præstare voluit, in collocatione cerebri totiusque; capitis humani, dum id supremo collocavit loco; quantum enim vitales actiones, dignitate excedunt naturales, tantum hæc omnes ab animalibus superantur.

3. Quin etiam quanto nobilior pars quælibet est, tanto periculosius afficitur, etiam cum leviter afficitur, ita Cor, & reliqua viscera pretiosiora, licet aliquando leviter adfecta sint, longe tamen periculosius

culosius laborant, reliquis partibus ignobilioribus, idem etiam usu venit in cerebro, quod quoniam non tantum sensus & motus organum est, (licet contradicant Peripaterici *vid. Arist: 3 d part. Animal: c. 4.*) sed etiam ratio ibidem suam sedem fixerit, non unius generis, sed varijs gravibusq; affectibus infestatur.

16. 4. Pro triplici autem diversitate facultatum animalium (ut à Gal: l. d. diff: *symp: c. 3.* & plerisq; Medicis distingui solent, alia enim sunt αἰσθητικαί, alia κινήτικαί, alia ἡγεμονικαί) triplicia etiam numerari possunt symptomata, ita ut qualibet facultas, prout proprias suas actiones exercet, ita etiam propria sua symptomata habeat: sic alia erunt facultatis Principis, alia Motricis, alia Sensificæ, quanquam non raro, plures simul & aliquando omnes lædantur, id quod manifestissime apparet, in Apoplexia, cujus indolem indagare, & Curationem tradere animus est.

5. Ut igitur in rem præsentem veniamus, & quæ circa Apoplexiam considerata veniunt, methodice contemplemur, operæ prætitium fuerit, illum ordinem sequi, quem huic materiæ pertractandæ accommodatissimum arbitrati fuerimus.

6. Primo itaq; explicaturi quid Nominis, Hinc Rem ipsam, Tertio Locum adfectum, Quarto causam, Quinto Differentiam, Sexto signa, Ultimo Curationem.

7. Quod vocem attinet, græca est, derivaturque ἀπὸ τῆς ἀποπληξασθαι, à percutiundo, feriendo, &c. Usus istius Vocabuli multiplex est, sumitur enim interdum, pro stupore solum, interdum pro stupore attonito, apud Hesiychium explicatur per vocem Μανίας aut Ἀνοίας; Hipp: nonnunquam ἀφανίας vocabulo hunc affectum denotat, ita enim 6. Aph. 51. dicit ὀκρόσισιν ὑγιαίνουσιν ὀδυῶσαι γίνονται ἐξ αἰφνης ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸ πρῶτον ζῆμα ἀφανοὶ γίνονται, καὶ ῥέγχεσιν, ἀποπληξίαι ἐν ἐπιπέδι μέρησιν, ἢ μὴ πυρετὸς ἐπιλάβη, in quem locum Gal: commentatur, quod sit id ὅπερ ἀποπληξίαν ὀνομάζουσιν. 5. Aph. 5. idem nomen habetur, quod licet per ἀποπληξίης vocem Gal. comm: sup non explicat, nullum tamen est dubium, quin ea significatione etiam istuc accipiatur, cum intelligat αἰφνιδίως ἀναμνηστῆσαν τε καὶ ἀκινήσιαν τῆς σώματι.

8. Latini

8. Latini etiam huic affectui varia imposuerunt nomina, Alij enim vocant syderationem: Alij morbum syderatum, morbum atonium: Alij Universalem paralyfin, *Cornel: Celsus* vocat stuporem mentis & corporis *lib. 3. cap. 26.* Alij forasse aliter, quæ omnia hic transcribere longum foret, & vel nulla vel exigua utilitas inde exspectanda esset, monente insuper *Gal: 2. d. diff. feb. c. 6.* perinde esse, quo quidq; nomine appellemus, modo rem ipsam sciamus, idq; comprobatur exemplo satis appposito: Cui etiam suffragatur *Cic: 3. d. fin.* dum dicit, re intellecta, in verborum usu faciles nos esse debere.

9. Proinde reliquis omnibus omissis, Apoplexiæ Vocabulum retinebimus, & quidem vulgatissima significatione, qua denotatur ille affectus quem Germanice vocamus den *Schlag.*

10. Secundo res ipsa consideranda venit, quam definimus quod sit, Repentina Abolitio animalium functionum, deficientibus spiritibus, ex pororum & meatuum cerebri angustia. Ubi notetur nos hic Apoplexiam ut Symptoma definire, & loco differentia ponere causam, quæ est ipse morbus, qua de re & quomodo talis definitio converti possit *Vid: Dunc: Instit: lib. 3. cap. 2. II.* Per abolitionem animalium functionum hic intelligi totalem privationem omnium externorum sensuum, & voluntarij motus, non sine læsione principum facultatum (ita enim *Galenus l. d. diff. Sympt. c. 3.* dixit Apoplexiam esse *πῦσις τῆς σώματος ὁρῶν* *ἀπὸ τῶν αἰμάτων τῶν ἡγεμονικῶν ἐνεργειῶν*, & *42. Aph. 2. ἐν ταῖς ἀποπληξίαις, ἐξ αἰφνης ἀναίσθητοι τε καὶ ἀκίνητοι γίνονται πᾶν τὸ σῶμα*) nec illæsa manente respiratione.

11. Tertio Locum adfectum quod attinet, licet nullum dubium sit, cerebrum hic affici, (cum Apoplexia sit læsio non tantum *αἰσθητικῶν καὶ κινητικῶν ἐνεργειῶν*, ut supra probavimus, sed etiam *ἡγεμονικῶν*, sequitur, ut si ipsæ operationes læduntur, necessario etiam lædi cerebrum ipsum, quod principium omnium istarum operationum esse communiter perhibetur) cerebri autem nomine hic intelligimus, & ipsum cerebrum, & globosam oblongatamq; medullam cum ventriculis & nervis inde oriundis, non tamen

men propriam hujus morbi sedem anteriores esse sinus, nec tam ipsum cerebrum, quam basin cerebri, & in postica parte oblongatam medullam, ubi & nobilis cerebelli dictus ventriculus constituitur, & nervi oriuntur, in quos tanquam propria organa, inde velut à fonte influere debebant, dictis functionibus destinati ministri spiritus.

12. Hactenus de nomine Apoplexiæ, definitione & affecta parte nunc ipsius morbi, quem angustiam statuimus, (eamq; vel obstructionem, vel compressionem, vel subsidentiam) causas inquiremus. Illæ autem cum sint abstrusæ cognitionis, & quod de veritate dicebat Democritus *ὡς ἐν βυθῷ κειμένοις* non nihil difficultatis in illarum exacta consideratione oriri solet.

13. Causæ autem omnes sunt vel *περὶ κατεργασίας* vel *περὶ γυμνάσιον*, vel *σιωπικίαν*. *Σιωπικίαν* hujus affectus causam cum plethrisq; Medicis statuimus defectum spirituum animalium ab obstructione vasorum esse habentem, *Sennert*: idem fatetur nisi quod *Inss*: *lib. 2. part. 3. sect. 2. c. 5. præf. Med. lib. 1. part. 2 c 23 quasi. 3.* probabile simul judicet, Veram Apoplexiam aliquando introduci posse, non tantum obstructione vasorum, sed proprio eorum vitio, cum spiritus, qui natura sua sunt mobiles, & tenuissimi, crassescunt, aut sua natura degenerant & torpidi redduntur, ac quasi sopiuntur, idq; vi quadam Narcotica fieri posse affirmat. Sicut Ictu confunduntur & perturbantur, ut ad actiones animales obeundas plane inepti reddantur, ea vero sine aliqua obstructione fieri posse vix arbitramur.

14. Galeni hac in parte diversa est opinio, ille enim solis obstructis ventriculis ijsq; præcipuis Apoplexiam introduci affirmat, quod manifeste apparet ex locis 2. d. *caus. Sympri: cap. ult. : ὡς ἐρξεν τὰ ἀποπληκτικὰ διὰ φλεγμονώδους χυλοῦ πλεθροῦ, ἐν τῷ κελίῳ κίτῳ τῷ ἐγκέφαλῳ σιωπικίαν* *ἔοικε γίνεσθαι &c.* & 3. de loc. aff. cap. 7. *ἡ ἀποπληξία διὰ τῶν ἐξ αἵφνης γένεσιν, ἐν δέκνυται ψυχρὸν χυμὸν ἢ παχῶν, ἢ γλιχρὸν ἀθεῶς πλεῖον ἔστωτα πᾶς κυριότερος τῶν κίτῳ τὸν ἐγκέφαλον κελίων &c.* & alij in locis passim.

15. Hanc

15. Hanc vero sententiam veritati non usq; adeo esse consentaneam, manifeste demonstrat in rebus omnibus, maxime attendenda, Experientia Rationi conjuncta, hæc enim non solum spiritus animales non generari in ventriculis cerebri docet, quod simul ex locis præcedente thesi allegatis, & alijs quam plurimis colligitur *8. d. us. part. 6. 10.* communisq; est plurimorum tam veterum quam recentiorum Medicorum sententia: Sed etiam nullam prorsus Apoplexiam generari ex obstructione ventriculorum cerebri, nisi eadem causa obstruens simul afficiat principium nervorum.

16. Prius quod attinet, spiritum animale in ventriculis non generari, plurimis rationibus & argumentis, à recentioribus quibusdam Medicis sufficienter demonstratum arbitror, quæ tamen omnia, cum non usq; adeo ad hujus materiæ tractationem necessaria sint, omisimus: Sufficit obiter saltem hic indicare, rem aliter se habere, atq; communi fertur sententia.

17. Posterius ejusdem veritatis esse, affirmat, cum quotidiana experientia, illis, qui in dissectione corporum hoc affectu extinctorum se exercent, tum exempla, à Clarissimis Medicis varie observata, inter cætera autem illustre aliquod habetur apud *Vesal. d. hum. corp. fabr. lib. 1. cap. 5.* de puella bienni, cui intra septem menses caput ita intumuit, ut viri caput magnitudine æquaret, in cujus cerebri cavitate, & dextro sinistroq; ventriculo novem fere libræ aquæ continerentur, quæ nihilominus Apoplexia non correpta fuit, sed ad mortem usq; sensibus omnibus integrè usa est. Præterea etiam notat *Varolius*, quem citat *Sennert. Instit. lib. 2. part. 3. sect. 2. cap. 6.* in ventriculis illorum, qui Apoplexia mortui sunt, nunquam se reperisse plus excrementi, quam sanorum.

18. Πρωγυμένααι hæc potissimum sunt I. Humores pituitosi, Melancholici, *Hippocr. 6. Aphor. 56.* πῖσι μελαγχολικῶσι νεοσχησὼν ἐς πᾶδε ἐπιπιδνωοὶ αἰ ἀποσκήψας, ἀποπληξίλω τὰ σώματα σημάινουσι. II. Sanguis è vasis suis ad cerebri basin effusus, *Fernel. de abd. r. r. caus. lib. 2. cap. 15.* III. Φλεγμονώδης τὰ ἐγκέφαλος Διέθεσις *Gal. 42. Aphor. 2. IV.* Craniij à causa violenta depresso. V. Interni vapores *Heroul. Ser. med. pract. lib. 1. cap. 8.* & Flatus.

Flatus, Hippocr. *ὅτι Φυσῶν παρ. iii. 121. ἐν ἀποπληξίαι γίνονται καὶ Δεῦρος Φύσις &c. vi.* Ipsorum spirituum perturbatio aut effusio, (quid de denegatione spiritus vitalis sentiamus ex obstructione carotidum, seu vasorum quorum beneficio in cerebrum defertur, infra dicemus.) Quomodo vero antecedentes hæc causæ, vel obstructionem vel compressionem, vel subsidientiam, adeoq; pororum cerebri & meatuum angustiam pariant, brevitatis causa hic omittimus.

19. Πνευματικῆ καὶ sunt Aeris constitutio, vel frigidissima vel calidissima, Ebrietas, Consuetæ evacuationes suppressæ, Nimius Veneris usus, Lucubrations nocturnæ, Vehementiores soni, Terræ motus, Radij Lunares, *Vid. Macrob. lib. 7. Saturnal. cap. ult.* Otium, Somnus meridianus, Cerevisiæ turbidæ & vini recentioris liberalior usus, Ictus & capitis contusio, Lapsus ex alto, qualis est, cujus meminit *Plut. in lib. ὅτι τὰ θεῖς βρ. πμ.* quod quidam Thespius Solensis ex alto in cervicem delapsus sit, & ictu absq; ullo vulnere accepto mortuus, tertia vero die revixerit. Simile quid Ioannes Scotus celebris ille, Scholasticus omnibus Sophistis argutus magis atq; captiosus passus dicitur, apud *Paul. Iov. in Elog. doct. vir. Elog. 3.* An vero legitima hi Apoplexia correpti sint, merito dubitare licet; hic vero an non potius melancholica *ἐκαστος*. Hæc vero, quas recensuimus, & si quæ præterea addi possunt, partim humores noxios generare & accumulare aptæ sunt, partim iam generatos promovere. Atq; hæc de Causis.

20. Sequitur quinto loco considerare differentiam Apoplexiæ, quæ in hoc affectu pro diversitate graduum, gradus autem isti à respiratione defumuntur, distinguntur: Ab Hippocrate quidem *4. Aphor. 2. in ἰσχυρῶ καὶ ἀδυνεα*, sic enim dicit: *Ἄνευ ἀποπληξίῃ ἰσχυρῶ ἢ ἀδυνεα, ἀδυνεα δ' ἔρῃδιον.* Galenus vero in illum locū commentans, quatuor Apoplexiæ differentias inde constituit, verba ipsa majoris perspicuitatis gratia apponere libet, *ὡς εἶπε καὶ αὐτὴ (ἢ ἀναπνοῆ) καλυβῆ, ἢ μεγίστη τε ἐστὶ ἢδε καὶ ἀεὶ τῶν ἀποπληξίων, ὅσοι δὲ ἀναπνεοσὶ ἰδὲ, ἀλλὰ μετὰ βίαι σφοδροτάτης, ἰσχυρὰ τῆς ἐστὶ ἢ ἀποπληξία, ἰσχυρὰ δὲ καὶ πῆτις*

τοῖς πύξτοις, ἀλλ' ἦτιον, ὅσοι χωρὶς καὶ συντονίας καὶ βίας, ἀνώμαλον δὲ καὶ ἀπακτον, ἐπὶ δὲ διαλείψουσι ἔχουσι τινὲ ἀναπνοήν, ὡς ἐφ' ὧν γὰρ διασώζει πινὰ πύξιν ἀσθενῆς ἢ ποιότης, καὶ πρᾶττον ἀ χρῆ πάντα, τάχα ἀν αὐτὴν ἴασατο.

21. Quin etiam hoc loco non abs re fuerit ratione causarum dictarum sextuplicem constitui posse Apoplexiam, sed veteres & eos quibus à veterum vestigijs deflectere religio est, unam potissimum statuere causam, unam Apoplexiam, eamque ferè solam respicere, quæ senibus familiaris est, & à frigidis crassis pituitosis humoribus originem trahit. Gal: 4. de loc. affect. cap. 2. ψυχρὸς καὶ παχὺς ἢ πέντως γλιχρὸς χυμὸς ἐστὶν αἴτιον τῆς ἀποπληξίας, reliquas species, vel negligere, vel non habere pro veris Apoplexijs, nos omnes præsuppositis prioribus gradibus agnoscere. Sed de Carotica Apoplexia, quæ passim superioribus annumeratur, idem sentire quod Sennertus, cujus hæc sunt verba: Etsi verum sit ipsis vasis jugularibus seu venis seu arterijs constrictis vel obstructis, nec soporem gravem nec Apoplexiam introduci, tamen cum non solum Arabes vasa hæc Apoplectica & Subetica, sed ipsi Græci καρωπικὰ appellarint, causam certe aliquam fuisse oportet, cur hoc nomen ijs imposuerint, quam ego fuisse existimo, quod per hæc vasa sanguis, qui Apoplexiæ sanguineæ & soporis gravis causa est, ad cerebrum fertur, vel quod vapores Narcotici per ea ad cerebrum adscendant, præsertim cum non sine magno emolumento hæc vasa dicto casu aperiantur.

22. Sextò signorum consideratio proponebatur, illa autem prout communiter dividuntur ab autoribus, sunt vel Diagnostica, vel Prognostica, vel Anamnistica; Priorum duorum cum maxime necessarius sit usus, in omnibus omnino affectibus (reliquorum non item. vid. Dunc. Instit: lib. 4. cap. 1.) nos etiam, quæ & qualia illa sint, breviter dispiciemus.

23. Diagnostica vel sunt imminentis Apoplexiæ signa, vel præsentis, vel causarum, & quidem imminentis hæc sunt potissima ( licet aliquando nulla fere præcedant) Dolor capitis  
B  
perpe-

perpetuus, Dentium stridor somnij præsertim tempore, Inflationes venarum colli, Frequens vertigo, Epilepsia in senibus nonnunquam præcedens, Extremorum *ἀνευ φάσματος πρὸ φάσματος* *ἀνευ φάσματος*, Somnia terribilia, Tremor totius corporis, præcipue vero capitis: Hæc si præcesserint, significant in corpore & potissimum in capite vigere vehementiam causæ efficientis & summam dispositionem patientis. *Capivacc. lib. 1. med. pract. cap. 17.*

24. Propria verò signa, seu quæ præsentem morbum Apoplexiam, & non alium esse demonstrant, sunt, quod ægri de improviso ferè concidunt, omni plane sensu ac motu priventur, adeo etiam, ut puncti non sentiant, sola tamen respiratione nec illa illæsa remanente: Atq; ita constituti solo ferè pulsu, & colore faciei, à plane demortuis discernuntur.

25. His ita constitutis manifeste apparet diversitas Apoplexiæ à plerisque cognatis affectibus, Epilepsia videlicet, Syncope, Caro, Uteri strangulatione, Lethargo, Catarrho suffocativo, Melancholica *ἐκείνη*, Hemiplegia.

26. Primo ab Epilepsia distinguitur convulsione. II. à Syncope, respiratione & pulsu, nam in syncope nullus aut plane obscurus arteriarum pulsus est, in Apoplexia vero plenus ac validus juxta *Fernel. lib. 5. de part. morb. cap. 3.* nisi cum jam in propinquo mors est: respirationis contraria ratio est, illa enim in syncope libera servatur, in Apoplexia aboletur aut diminuitur. III. à Caro, quod sensus tactus non plane hic pereat, puncti enim ægrotantes sentiunt & corpus retrahunt, *Capivacc. lib. 1. med. pract. cap. 19.* IV. Ab uteri strangulatione, facie potissimum dignoscitur, quæ in hoc affectu valde cadaverosa est, in Apoplexia non item, ut patet ex thes. vigesima nona, tum etiam tormina ventris hunc affectum plerumque comitantur, femorumq; dolores, quæ ab Apoplexia alienissima sunt. V. A Lethargo, hic quippe comitem habet febrem, Apoplexia nullam. VI. A Catarrho suffocativo, quod omnibus sensibus illæsis, humor à capite in thoracem elabatur, cum maximo suffocationis periculo. VII. A

Melan-

Melancholica *ἐκείνη*, quod hic signa melancholiam indicantia præcesserint. VIII. Ab Hemiplegia, dimidiata privatione.

27. Signa causarum facile deprehenduntur, si quis naturam & conditionem ægri paulo accuratius consideraverit, si enim materia peccans sit pituitosus humor, constitutio corporis, ætas, victus vitæq; ratio, aerisq; dispositio hoc ipsum indicabit, temperamentum enim frigidum, humidum, ætas senilis, usus ciborum frigidorum humidorum, otium, somnolentia, confueta evacuationes per nares & fauces suppressæ, & id genus alia quam plurima ad generationem & accumulationem pituitosi humoris faciunt. Præterea capitis gravitas, pigritia, palpebrarum tumor, somnia meticulosa, præcipue ne suffocentur in aquis, aut nive operiantur, præcedere solent, quæ omnia pituitosum humorem in capite vigere, confirmant & demonstrant, si vero sanguis extra vasa ad cerebri basin effusus, peccet, idque à causa quadam externa vel vulnerante vel disruptente vasa, ab astantibus hoc ipsum cognosceret.

28. Si *Φλεγμονώδης* in causa sit *Διέθεσις*, ante paroxysmum rubor totius corporis imprimis faciei apparere solet, calida insuper & humida constitutio aeris, corporisque, victus lautus &c. quæ omnia confirmant, venæ colli turgentes, somnia rubra sub noctem apparentia.

29. Diagnostica signa sequuntur Prognostica, quæ in hoc affectu potissimum desumuntur à læsa respiratione. Illius enim respectu quadrifariam dividitur, ut supra diximus, quanto igitur ad cuiusq; differentiam paroxysmus propius accesserit, inde affectum vel incurabilem vel magis minusque curabilem, prædicere licet: & quidem cum secundum *Hippocr. 2. Aphor. 42.* Apoplexia fortis sit incurabilis, fortis autem Galeno sit cum illa, in qua respiratione fere abolita est, tum, in qua est inordinata, morbi autem desperati & incurabiles, secundum *Hippocr. lib. 2. τέρτης* non sint curationis gratia suscipiendi, ne seipsum & artem ludibrio exponat, Medicus etiam considerate agat, in suscipienda hujus affectus cura, necesse est.

30. Reliqua quod attinet, Vid. Hippocr. 2. Aphor. 43. Τῶν ἀπαγχονίων καὶ καταλυομένων, μηδεπῶ δὲ πενηκόντων, σὺν ἀναφέρουσιν οἷσι ἀνὰ φρὸς ἢ πρὸς τὸ στήθος. Aphor. 51. Οὐκ ὀσσοῖσιν ὑγιαίνουσιν ὀδύαι γίνονται ἐξ αἵφνης ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ πρὸς χεῖμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ ῥέγχεσιν, ἀπόλλυται ἐν ἑπτά ἡμέρησιν, ἢ μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ, &c. 1. Περὶ ῥήτ. Sect. 2. Aphor. 50. Τὰ ἐξ αἵφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένων, ἐπιπυρετήσαντι χρονίως ὀλέθρια &c. Unicum tantum hic addo, nullam Apoplexiam revera periculo carere, ferè semper enim alio quodam symptomate ab Apoplexia liberati, corripiuntur, unde Gal. 4. de loc. affect. cap. 2. Τὴν μὲν τῆς ἀποπληξίης λύσιν ἢ καλεσμένην πρὸς ἀπληξία πάντων πλάκας διαδέχεται.

31. Ultimo tandem accedamus ad curationem, illam verò non usq; adeo difficilem fore speramus, memores istius ἀριῦ Hippocr. lib. πρὸς τέχνης. ἢ τις ἀρκέσει πρὸς τὸ ὀφθάλμιον ἐξαρκέσει καὶ πρὸς τὸ ἰαθῆναι. Ut igitur in omnibus morbis Medicus communiter explorata parte affecta, morbo, & morbi causis, indeq; & ex alijs simul circumstantijs eventum prospiciens, colligere solet, Numquid agendum, Quid agendum, Quo tempore, Qualibus & Quibus auxilijs: Similiter in Apoplexia, ubi sævissima symptomata, & plurima mortis imago oculis obversatur (ita etiam, ut hoc respectu non immerito inter morbos peracutos, seu ut ab Hippocrate passim appellantur, κριτοζέα sive λίω ὀξέα νοσήματα numeretur) eadem omnino perpendi debent.

32. Accersitus itaq; Medicus, ubi malum deploratum ante advertit, ex præscripto Hippocr. lib. πρὸς τέχνης, nihil omnino agit, in gratiam tamen astantium (qui dum spirat æger, semper adhuc sperant) si quæ tentanda putat, omni mora & tergiversatione seposita sedulo & curiose præstat, nihilominus sibi cavens, ne magnis medicamentis frustra utatur, atq; ea ratione, in se derivet, si non omnem, saltem aliquam mortis culpam, hæc enim conditio nostræ artis est, dicente Hippocrate Epist. ad De-

Democr. ἰατρικῆς τέχνης κερθώμεται ἐπεὶ οἱ πολλοὶ τῶν  
ἀνθρώπων ἔπαντάπασιν ἐπαύσαν, θεοῖς δὲ πολλὰς πρὸς  
ἀρτῶσιν. ἡ δὲ τῆ φύσις ἀπαρῆξασαι, ἀπολέσει τὸν θεο-  
πυόμενον, ἰατρὸς καταμύμφοιται, παρὲντις τὸ θεῖον.

33. Ubi verò spes aliqua adhuc affulget, & non fortissima  
Apoplexia fuerit, dubio præstat uti remedio, quam certæ mori  
relinquere ægrum. In ipso paroxysmo, ubi urgentis sympto-  
matis non parva habetur ratio, omni modo excitandæ sunt  
sopitæ facultates, quod commode fiet, non tam concussione  
corporis, quam odoramentis naribus admotis ex *Castor. Opo-  
bal. Galban.* &c. Simulq; recluso ore fauces & lingua aqua  
aliqua specifica, ( de quibus infra ) perlinenda. Necessè enim  
est in hoc affectu, ut pauca quantitate efficacia instillentur me-  
dicamenta, sunt qui Vomitoria etiam hic eodem modo usur-  
panda commendent, nescio an satis tutò, præsertim in initio  
morbi, procedente verò tempore, & si jam aliqua salutis spes  
affulserit, non omnino improbamus. Frictiones quoq; dolo-  
rificæ, extremarumq; partium ligaturæ firmissimæ non sine ali-  
quo ægri levamine administrantur.

34. Præterea etiam quocunq; tempore, si morbus sit à  
sanguine & cætera consentiant, vena secanda erit, non tamen  
copiose una vice detrahendus sanguis, sed paulatim, secandæ  
autem sunt potissimum venæ vel Cephalica, vel Basilica, vel Me-  
dia, non Saphena, nec linguæ & narium, similiter nec venæ  
frontis, qui enim hoc vel illud jubent, nescio an non vel cum  
periculo opus aggrediantur, vel rem vix perficiendam conen-  
tur, aut parùm proficiant.

35. Venarum jugularium incisio revulsione gratia à non-  
nullis approbatur, hac de causa, cum & sine ligatura incidi, &  
plaga facili negotio consolidari possit, emplastro scilicet ex  
*Bol. Armen. Aloë, Thur. Pil. Lepor. Album.ovi*, nescio tamen, an  
non, præsertim his in locis satius sit, cucurbitulis ibidem ad-  
motis, ut & scapulis, alijsq; partibus capiti vicinis, applicatis, rem  
efficere.

36. Hinc in Apoplexia pituitosa, clysteribus, qui illam po-  
tissimum respiciunt, alvus ducenda erit, qui commodissime

præparantur, ex herbis emollientibus, & abstergentibus, ut sunt  
*Maly. Br. Ulsin. Mercur. Origan. Pul. Rut. Calamynth. Hyssop.  
 Centaur. min. Verbasc. Aneth. Lavend. Imperat. Sigil. Solom. Ari.  
 Fœnicul. &c.* Cephalicæ plerumq; addi solent: Purgantia et-  
 tiam simplicia hic minime negligenda sunt, ut *Turbith, Senna,*  
 quinimò maximum usum hic quoq; obtinent, composita pur-  
 gantia, ut sunt *Elect. Indum, Diaphæn. Confect. Hamech. Hiera  
 Diacoloc. Lagod. Pil. Coch. &c.* Ex his & quæ præterea requirun-  
 tur, quorum apud Practicos maxima copia est, conficiuntur  
 clysteres, quorum præparatio, si quacunq; de causa tardetur,  
 vel immisi detineantur, glande alvus tentanda erit, quæ præpa-  
 rantur ex *pulp. Colocynth. Agaric. Helleb. alb. Esul. Nitr. Sal.  
 gemm. Euphorb. &c.*

37. Quibus ita dispositis ægroq; aliquomodo refecto, ita-  
 ut per os commode medicamentum assumere possit, omnino  
 purgandus erit, quod commode fiet, si pituita peccet, *pil. coch.  
 Foet. d. Agaric. d. Euphorb.* si Melancholia, *Coch. cum Elleb. d.  
 Fumar. Indus. d. Lap. Lazul.* quæ omnia in convenienti liquore  
 dissolvenda erunt, ut commode deglutiri possint.

38. Hinc ad particulares capitis evacuationes deveniendum  
 erit, sternutatoriaq; sunt præparanda, ex *Helleb. Castor. Piper.  
 Zingib. Succ. Cyclam. &c.* Apophegmatismis etiam commode  
 uti possumus, si materia peccans pituita sit, præparatis ex *Pyretr.  
 Zyngib. Piper. Orig. Thym. Castor. Rad. Irid. &c.*

39. Tandem succedunt corroborantia, & humoris noxij  
 reliquias discutiencia, quæ duplicia sunt, Interna & Externa.  
 Interna sunt *Theriac. Mitbridar. spec. Diamb. Diamosc. tam  
 dulc. quam amar. Diarrhod. Abb. Conserv. Beton. Salv. Major.  
 Ror. Mar. Flor. Pæon.* Præcipuus hic est usus aq. Apoplectica-  
 rum dictarum, quarum exempla passim apud Practicos exstant,  
 inter quas non ultimo loco habenda *aq. Domus Anhalt. Aq.  
 Vir. Matthiol.* simplices sunt *aq. Melis. Lavend. Rut. &c.*

40. Externa sunt varij generis olea, ut *Succin. Irin. Costin.  
 Nardin. de Castor. Juniper.* quibus caput & Nucha pilis aliqua-  
 tenus abrais inungi debent: quin etiam candens ferrum à lon-

ge ap-

ge applicandum hoc fine, ut pori aperiantur, humores noxij & crassi sensim decrefcant, & in vapores quali tranſmutati evaneſcant.

41. Diætæ etiam ratio omnino habenda, ubi æger ſanitati aliquatenus reſtitutus eſt, aër ſit temperatus, & ſemper ſibi conſtans, boni ſucci cibus utatur, & facilis concoctionis, qualis eſt Gallinacea, Vitulina, Vervecina, Agnina caro, Perdices, & id genus aliæ: Juſcula condiantur ſalv: thym: hyſſop: major: pane quoq; fœnic: aut aniſ: condito, utiliter utimur, vini uſum vitet, illius loco ſit cereviſia, non tamē nimis fortis, exercitia & reliqua omnia ſint mediocria, ſomnum deniq; fugiat meridianum. Atque hæc hac vice ſufficiant de curatione, plura qui deſiderat, Practicos evolvat neceſſe eſt: Nos tantum hic digitum intendere & ſumma quali rerum capita attingere voluimus.

42. Corollarij loco hoc unicum addere lubet, ſi quis inſtantis ( in hunc morbum pronus ) ſigna præſenſerit, ne exſpectet, donec opprimatur, ſed in tempore præcaveat, quantum poſſibile, hoc vero efficiet, corroborando cerebrum, ſpiritusq; impediendo generationem pravorum humorum, qui ſi forte jam generati ſint, corrigendi, evacuandi & diſcutiendi.

Et hæc ſunt, quæ de hujus affectus natura, illiusq; curatione, & reliquis, quæ huc pertinere viſa ſunt, breviter proferre voluimus.



Et applicanda hoc facit per aperitiam humores nostros  
et illi leuam delectam & in vapores duntaxat transmutantur

41. Hinc cum ratio omnino habenda, ut & generaliter  
adquiruntur est ratio est, ut seruetur status & leuam illi con-  
stant, boni sunt cibum de tactis concoctionis, quibus est  
Collinacea, Vitulina, Vervecina, Agria, caro, Perdicis, de id ge-  
nus sunt; Iulca conditum salu: chyta, hydrop: raper: pane  
quod: semper anit: conditio: hinc: vniuersa: vniuersa: vniuersa:  
has loco in cerebis non tantis nimis fortis exercitiis & reliquis  
omnia sunt medicata, fontium de his fugas meridianum.  
Atque hac vice habent de curatione, plus quod est labor  
Iatricos evoluit necesse est: Nos rati sumus hic dignum incede-  
re de summa quatuordecim capis auctore volumus.  
42. Corollaria loco hoc nunc aduertit, si quis in-  
tendit in hunc modum prout signa praesentia, ne ex-  
eat, donec epuratum, sed in tempore praesentis quatuordecim  
possibile, hoc vero efficitur corroboratione cibum, spiritibus  
suppediendos generationem proutum humorum, quibus sunt  
san: general: hinc: corrigendi, vacuandi & diluendi.

Et haec sunt, quae de huiusmodi naturae  
illius: curatione, & reliquis, quae huc per-  
tinent, sunt breuiter proferre

volumus.





... in vapores duntaxat transmutantur  
... per aperiantur, humoris non...

... omnino habenda, ut per  
... nec intercipiatur, & semper libi con-  
... & tactis confectionibus, quales est  
... & quibus caro, Perdicis, & id ec-  
... salivam, hydropis, & panis  
... vinctis, vini duntaxat, & reliqua  
... tam hinc fortis, exercitibus & reliqua  
... deinde super meridianum  
... de curantibus, plus qui eadem  
... : Nos tamen hic duntaxat incede-  
... capna, & unguere volumus.  
... hoc unguem adhibet, si quis in-  
... signa praesentia, nec ex-  
... sed in tempore praesentis, & unguem  
... certum, & unguem  
... hinc, & unguem, & unguem  
... & unguem.

... de huius affectus natura  
... & reliqua, quae hoc per-  
... praesentis  
... volumus.







